



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Decima sexta Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

tunc resedisse. Quidam tamen in eadem tempora referunt Diogenem quendam, episcopum & martyrem Atrebatum.

*a Aut vocat Wandalo: ut solent hostium exter-
rum nomina à plerisque confundi.*

Decima sexta Decembris.

De sancto Euerardo confessore Cisonij.

Ex Lectionibus, & translatione sancti Calisti.

IN Gallijs, apud Tornacum, monasterio Cis-
onio, depositio sanctissimi E V E R A R D I , con-
fessoris ac militis Christi, qui etiam Eurardus di-
citur. Meritò autem vt miles Christi ab ecclesia
honoratur. Cùm enim esset nobilissimis Franco-
rum natalibus oriundus, Comes Cisoniensis, &
Dux Foroiuliensis, sub glorioſo principe Lotha-
rio Ludouici filio, contra Sclauos, aliasque pa-
ganis gentes, quasi marginalis miles ac limes, va-
lida manu resistebat. Sæpe Ismaëlitis & Agarenis
(qui se Saracenos esse gloriantur) nec non ſæ-
uissimis Numidis & Mauris obſistebat, non mo-
dicum ex ipsis triumphum reportans. Cumque
totus ad hoc laboraret, vt ecclesiam à perfidiæ ar-
mis tueretur, etiam monasterijs conſtruendis in-
uigilabat, ad vſum eorum quos ex diabolica per-
fidia extraxerat. In multis etiam Franciæ locis,
quæ ei vel patrimonio cesserant, vel donatione
regum accesserant, basilicas fundauit, præcipue
tamen dilexit prædium suum quod Cisonium di-
citur, in Tornacensi pago, in quo monasterium
S. Calixti conſtruxit, quod est Canonicorum
Ordinis S. Augustini abbatia. Eoque attulit san-
cti Ca-

¶ti Calixi corpus, quod iam pridem Notingus
Brixiensis episcopus Romæ à beato Sergio ponti-
fice obtinuerat. Non enim audebat Notingus
principi optimè de ecclesia merito renuere quod
postulabat: sperabat tamen ipsum sanctum pon-
tificem corporis sui translationem non admissu-
rum. Sed Deus sancto suo etiam alium locum
præparauerat. Vnde ex Cella aurea humeris sa-
cerdotum deportatus est ad occiduam Galliarum,
vbi primo miraculo claruit, in villa quæ præter
antiquum nomen, ob merita sancti Quintini mar-
tyris, ibi quiescentis, sæpius eius nomine nuncu-
patur. Deinde varijs miraculis clariuit in Cisonio,
quo delatus est anno octingentesimo quinquage-
simō quinto: ut est in epitaphio feretri sancti Eue-
rardi. De translatione legitur die duodecimo
Nouembris, Cisony translatio corporis gloriösi militis ac
confessoris Christi Euerardi, nec non & aliarum reliquia-
rum.

*E*t quod sæpius de veteri capsa in nouam translatus,
Gallicè Be-
asrepatre
apud Mar-
cenas. Gisla autem, eius pia vxor, fundauit Bellum Re-
parium, Prioratum, qui à Cisonio dependet. Mi-
rror autem in annalibus Imperatorum nihil de
Euerardo legi, cùm in eis nominetur anno 817.
& sequentibus, Cadelach siue Cadelaus, dux &
præfectus marcæ Foroiuliensis: sed caussam esse
suspicio, quod non tam dux fuerit, quam vice-
dux siue vicarius Ducis, aut quod portionem tan-
tum ducatus, favore Caroli, obtinuerit. Leander
enim Albertus describens Ducatum Fori-Iulij,
quam regionem Italæ decimam octauam con-
stituit, scribit duces eius fuisse quatuordecim
Longobardici sanguinis, duos Galici. Post quos
in potestate Imperatorum ex Caroli magni sti-
pe re-

peregrina perseverauit, vsque ad Ludouicum tertium. Præterea legitur in vetusta de gestis Francorum historia, in libro quarto, Carolum conuentum Aquisgrani fecisse, in quo Baldricus Dux Foro-iuliensis, cum propter eius ignauiam exercitus Bulgarorum terminos Pannoniæ superioris impunè vastasset, honoribus quos habebat priuatum, & marcham quam solis tenebat, inter quatuor Comites diuisam esse. Et de Ludouico Caroli successore in libro quinto scriptum est, Baldrico Duci Foro-iuliensi dum obijceretur & probatum esset, eius ignauia & incuria vastatam à Bulgaris regionem nostram, pulsus est Ducatus: & inter quatuor Comitatus est eiusdem potestas diuisa.

Quibus tamen in locis legendum esse videtur, ex admonitione Pithoei [in ter quatuor]: Karoli enim magni temporib[us] Dux sub se duodecim Comitatus habebat. Quo pertinet quod de Pipino in iisdem gestis legitur: Domum reuer- *Aduersari.*
lib. 1. cap. 8.
Ls. 4. c. 62.
sus Grifonem, more ducum, duodecim Comitibus donavit.

Decima septima Decembris.

1º. De S Beggha fundatrice Andanæ.

Ex historia manu-scripta, cum nonnullo supplemento.

A pud septem ecclesiás transitus sanctæ Begghæ viduæ: cuius translatio colitur Nónis Iulij. Hæc patrem habuit Pipinum primum, Ducem Brabantæ, & maiorem domus Austrasie; fratrem maiorem donius eiusdem Grimoaldum: germana verò soror ei fuit beatissima Gertrudis. Hæc Ansegiso sive Anchisæ,

eridat

M m

vii